

Please check the horizontal and vertical rulers on this page against a hardware ruler to ensure that the content of this page has not been stretched or shrunk during printing.

17 But the Lord scourged Pharaoh and his house with most grievous stripes for Sarai, Abram's wife.

18 And Pharaoh called Abram, and said to him: What is this that thou hast done to me? Why didst thou not tell *me* that she was thy wife?

19 For what cause didst thou say, she was thy sister, that I might take her to my wife? Now, therefore, there is thy wife, take her, and go thy way.

20 And Pharaoh gave *his* men orders concerning Abram: and they led him away, and his wife, and all that he had.

CHAPTER 13.

Abram and Lot part from each other. God's promise to Abram.

AND Abram went up out of Egypt, he and his wife, and all that he had, and Lot with him, into the south.

2 And he was very rich in possession of gold and silver.

3 And he returned by the way that he came, from the south to Bethel, to the place where before he had pitched his tent between Bethel and Hai:

4 * In the place of the altar which he had made before; and there he called upon the name of the Lord.

5 But Lot also, who was with Abram, had flocks of sheep, and herds of beasts, and tents.

6 Neither was the land able to bear them, that they might dwell together: [†]for their substance was great, and they could not dwell together.

7 Whereupon also there arose a strife between the herdsmen of Abram and of Lot. And at that time the Chananite and the Pherezite dwelled in that country.

8 Abram therefore said to Lot: Let there be no quarrel, I beseech thee, between me and thee, and between my herdsmen and thy herdsmen: for we are brethren.

9 Behold the whole land is before thee: depart from me I pray thee: if thou wilt go to the left hand, I will take the right: if thou choose the right hand, I will pass to the left.

17 Flagellavit autem Dominus Pharonem plagis maximis, et domum ejus, propter Sarai uxorem Abram.

18 Vocavitque Pharo Abram, et dixit ei: Quidnam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti quod uxor tua esset?

19 quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam, et vade.

20 Præcepitque Pharo super Abram viris: et deduxerunt eum, et uxorem illius, et omnia quæ habebat.

ASCENDIT ergo Abram de Ægypto, ipse et uxor ejus, et omnia quæ habebat, et Lot cum eo, ad australem plagam.

2 Erat autem dives valde in possessione auri et argenti.

3 Reversusque est per iter, quo venerat a meridie in Bethel, usque ad locum ubi prius fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai,

4 in loco altaris quod fecerat prius: et invocavit ibi nomen Domini.

5 Sed et Lot qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, et armenta, et tabernacula.

6 Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter.

7 Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Lot. Eo autem tempore Chananæus et Pherezæus habitabant in terra illa.

8 Dixit ergo Abram ad Lot: Ne quæso sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos: fratres enim sumus.

9 Ecce universa terra coram te est: recede a me, obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

Ch. 12. Ver. 13. *My sister*. This was no lie: because she was his niece, being daughter to his brother Aran, and therefore, in the style of the Hebrews, she might truly be called his *sister*, as Lot is called Abram's *brother*, Gen. xiv. 14. See Gen. 20. 12.

o A. M. 2083. A. C. 1921. — *p* Gal. 3. 17: *Infra* 13. 14. and 15. 18. and 26. 2: *Deut.* 34. 4. — *q* A. M. 2084. A. C. 1920. — *r* *Infra* 20. 11. — *s* *Supra* 12. 7. — *t* *Infra* 36. 7.

